

LIBER TERTIUS

Vidimus, innubi Titan cum deficit axe,
Quid pariat tenebras noctemque inducat opacam.
Nunc age jam, nostrae quae pars est altera curae,
Quid subita Phoeben nigrescere cogat ab umbra,
Expediam. Arrectos te praesta ad singula sensus
Inceptumque simul mecum partire laborem.

5

Dum puro sensim Titan velatur Olympo,
Ipsius ora dei nigrescere dixeris. Ille
Ardenti aeternas servat sub pectore flamas,
Quosque solet, mittit radios: soror invida cursum
Interjecta negat missosque intercipit ignes.

10

Non tamen¹ et dubiis dum conditur ipsa tenebris,
Assuetum vultu servat jubar: umbra nitentes
Inficit atra genas, turpi caligine vultus
Obruitur foedoque omnis decor excidit ore.
Namque memor damni Tellus et lucis ademptae
Occupat, oppositas Phoebo pervadere ad oras
Tentantem ac rutila penitus se ostendere fronte;
Parque pari referens medium se opponit et ignes
Fraternos rapit ac tenebras affundit opacas.

15

Scilicet² ingentem nigranti corpore Tellus
Umbrai conum longe protendit; acuto
Ille apice oppositas Phoebo se vertit ad oras
Atque quater tantum procurrit in aethera, quantum
Ardua se terris Latonia tollit ab imis.
Et qua diva meat, ter crassior illius orbe
Tenditur ac late aetherias circum inficit auras.

25

Ergo³ cum medio Soli contraria mense
Invehitur diva et nocturnas discutit umbras,
Si simul ad nodos accesserit astriferumque
Solis iter motu obliquo transcurrere tentet,

30

TREĆE PJEVANJE

Vidjesmo, kada se Titan na nebu bez oblaka mrači,
Što to porađa mrak i noć sjenovitu nosi.

pomrčina Sad ћu izlagati dalje, jer to mi je sljedeća briga,
Što to prisiljava Febu da počne se crnjet od sjene
Mjeseca Nenadane. A ti podari mi poslušno uho
Zà sve i zajedno sa mnom podijeli započet poso.

pomrčina Dok se na Olimpu čistu polako zastire Titan,
Sunca Samoga boga lice potamnuje, mogo bi reći.

On pak u grudima žarkim vjekovite plamene čuva
I odašilje zrake ko obično. Zavidna sestra
Put im, ispriječiv se, prijeći i krade mu poslane ognje.

Ipak,¹ kad je i samu odjednom prekrije tama,
Ne čuva običnu svjetlost na licu: crna joj sjena
Uprla obraze sjajne i ružnom magluštinom lice;
Gasi se, i sva ljepota sa ružna joj nestaje lica.
Naime, pamteć gubitak, kad svjetlost oduze njozzi,
Zemlja preduhitri nju kad kuša doprijet u kraje
Febu nasùprot i sva se pokazat u rumenom čelu:
Ispriječi se posrijedi ko jednaka jednakoj, i tad
Bratove ugrabi ognje i zaspe je sjenastom tamom.

veličina i oblik Zemlja, razumije se,² golèmom se čunjastom sjenom
sjene Svoga pocrnjela tijela daleko pruža, a čunj joj
Oštirim je okrenut vrhom na suprotnu stranu od Feba
Te se četiri puta u eter proteže kol'ko
Uvis Latonina kći se od Zemlje diže u dolu.
I kad božica hodi, do triput je deblja od njena
Kruga pa eterski prostor zamračuje oko širom.

Dakle,³ kad božica stiže sredinom mjeseca k Suncu,
Što je na suprotnoj strani, i noćne raspršuje sjene,
Ako k čvorima pride istodobno, ako i stazu
ekliptika Kuša Sunčevu prijeći zvjezdinosnu krećuć se koso,

5

10

15

20

25

30

Continuo tristem bijugos currumque nitentem
Cogitur in conum irrumpens demergere, frustra
Illa quidem rapidos tentans avertere, frustra
Retrahere adducto fraeno aut cohibere jugales: 35
Procurrunt rectique volant; fert ipse volantes
Impetus ac densam indociles immittit* in umbram.
Quid dubitas?⁴ Divae frontem, dum parte nigrescit
Sordida, parte nitet fraternaque spicula reddit,
Suspice et umbrai formam, qua limite curvo 40
Tenditur, intuitor molemque inde erue et omnem
Circum oculis tractum metire ac mentis acutas
In medium defige acies positumque sub astris
Designa observans et lento collige motus.
Umbrifero Terrae cono simul omnia cernes 45
Congruere, et formam, et molem, motumque locumque.
Primum igitur⁵ teretem si conum in imagine plana
Excipias mediumque seces nec recta secantis
Planities ductus se quidquam inclinet ad axem,
Orbis forma aequi sese offeret atque rotundo 50
Excurrent circum se margine flectet imago.
Ergo cum plana nobis sub imagine Phoebe
Exhibeat, quanquam incurvam, nec flectat in ullum
Inclinata latus frontem, qua parte nigrantis
Subjicitur coni limbo atque intercipit umbram,
Ipse aequum illusis se flectere debet in orbem 55
Limbus et aequalem praebere tuentibus arcum.
At flectit sese sinuans formamque rotundam
Marginis umbriferi spectantibus exhibit ora,
Quae se cumque ferat, Boreae de parte nivalis
Sive meet diva, oppositum seu flectat in Austrum 60
Alipedes contra, aut medio se tramite in ortum
Urgeat, occidua et subiens de parte nitentes
Obducat vultus umbraque evadat ad Eurum.
Quid⁶ moles? Neque enim divae squalentis in ore
Umbra coit plenoque arcus conjungitur orbe. 65

* corr. ex imittit

Smjesta je prinuđena da dvopreg i blistava kola
Zagnjuri nadirući u čunj žalovit, zaludu
Kušajući brze konje okrenuti nazad, zaludu
Ustavit njih il nazad povući pritežući uzdu:
Kasaju naprijed i lete pravòcrtno; zalet ih nosi
Sam te ih neposlušne u gustu zaranja sjenu.
Ali što sumnjaš?⁴ U njeno odozdo pogledaj čelo
Dok se prljavo crni il dijelom blista i vraća

35

oblik, Bratove strijele pa motri i oblik sjene kud svinut
veličina, Rub joj se pruža te otud procijeni i veličinu
kretanje i Njenu, i opseg joj motri i mjeri, i duševne oči
mjesto sjene Oštro u srijedu joj upri, i položaj njezin pod zviježđem
Zapazi i označi, i spora joj kretanja zbroji.
Vidjet ćeš da se sve sa sjenonosnim Zemljinim čunjem
Zajedno slaže – i lik, veličina, i kretanje, mjesto.

40

presjek čunja u Dakle, kad okrugli čunj, ko prvo,⁵ u obliku ravni
obliku pravilne Zamisliš pa ga presiječeš po srijedi, à da se presjek
kružnice Vodoravno povučen ne naginje iole k osi,
Dobit ćeš pravilan krug po obliku, kružnice sliku
Koja se ūnaokolo zakriviljuje okruglim rubom.
Dakle, kako nam Feba u ravnoj pokazuje slici
Čelo ma kako oblo ne naginjući ga nà bok
Nijedan niti ga svija, to ondje gdje ulazi pòd rùb
Onoga crnog čunja i njegove hvata se sjene,
I sam mora se obrub u pravilnu kružnicu svijat

50

Prividno, mora i luk promatračima pravilan pružat.
Ali se svija u kuglu i obli pokazuje oblik
Ruba sjenonosnog svog gledaćima svojega lica
Božica bilo kamo da kreće, il hodi od strane
Boreja snježnog il konje krilonoge skreće nasùprot,
K jugu na suprotnu stranu, il posred putanje na istok
Jezdi i podvlači se sa zapadne strane i svjetlo
Zastire lice pa van iz sjene bježi na istok.

55

što je pak s Što⁶ je pak s veličinom? Na prljave božice lice
veličinom Ne stane sjena pa luk se u potpun ne zatvara kolut.

60

65

Ille quidem sinuat sese, sed tramite recto
Et chorda jungente apices vix distat, opaco
Vel medium cum distinguit jam limite frontem
Maximus, exiguum ut magni perque aethera gyri
Pandentis gremium possis cognoscere partem.
Gyrum ipsum metire oculis ductumque secutus
Marginis umbriferi vacuum discurre per axem
Obtutu spatium signans orbemque rotundans.

70

Invenies vacuo ter tantum excurrere crassum
Aethere, diva suo ferme quantum occupat ore,
Si rectos medio tendentes tramite ductus
Contuleris molemque sinu concludere in imo
Majorem novies spatio, quo Cynthia turget;
Scilicet umbriferi quantum se diximus illa
Distendi gyrum coni in regione nigrantem.

75

Quod⁷ si non oculis fidas errantibus axem
Per vacuum, poteris certain explorare per artem
Et licet haud visi mensuram prendere tractus.

Quo tamen Aoniis nunquam exaudita sub antris
Instrumenta canam versu, qua fila retexam
Arte tibi formamque abstrusae molis et usum
Multiplicem evolvam pandens numerisque docebo?
Non illis, vasto quibus ipsa errantia coelo
Sydera mensores adstringimus atque potenti
Nequidquam obstantes fraeno parere jubemus,
At quibus adstrictos durus devincit Apollo
Objectoque vetat vates discurrere campo.

85

Tu, dea, quae summo fabricatum munus Olympo,
Uranie, tute ipsa tuae cultoribus artis
Aptasti, longos demum miserata labores,
Vitra tubo includens laevissima filaque vitris
Inserta adjungens, densis lentissima spiris
Motanda ac teretis celeri vertigine virgae.
Tu cantum, tu, diva, rege! Haud communia posco
Munera. Novi equidem, audaci nimis incitus oestro,
Quando haec Aoniis celanda sororibus arma
Ignotamque tuis voluisti vatibus artem

90

95

100

On se, doduše, svija, no vodoravnim prečācem
I tetívom što dva povezuje vrha – tek malo,
Pa i najveći kad je i čelo joj dijeli po srijedi
Granicom tamnom da možeš tek malen razabrati dio
Velikog kruga sjene što širi nutrinu u eter.

70

Očima mjeri taj krug ovako: sjenònosnog ruba
Crtu prati, po praznom preleti nebeskom svodu
Pogledom, razmak označi i cio krug zaokruži.

Naći ćeš da se deblijinom i tripit u eteru praznom
Proteže, Lunino kol'ko, otprilike, zaprema lice,
Vodoravne li crte usporediš srednjom što idu
Stazom. Naći ćeš također da njezina sjena je prì dnu
Veća i devet puta koliko je Kintija krupna;
To jest, kol'ko se već, što rekosmo, širi u onom
Području crni krug sjenònosnog njezina čunja.

75

Nemaš li pak pouzdanja⁷ u oči što lutaju praznim
Nebom, umijećem ćeš moći istražit sigurnim sve to:
Sada je naime moguće i neviđen izmjerit prostor.

80

Ipak, kakvim ёu stihom u aonskim šiljama sprave
Nikad još čuvene pjevat i kakvim ёu tebi umijećem
Niti raspredat i oblik skrivène gromade i razne
Upotrebe kazivat, otkrivat i mjerama učit?
Takvima kojima mi zvjezdznaci vežemo zvijezde
Golemim nebom što blude i tražimo moćnu da uzdu
Slušaju – ne, zaludu protivile one se tomu,
Nego kojima kruti Apòlōn steže i veže
Pjesnike, ne da im trčat po polju prèd sobom širom.

85

Ti si, božice, dar na Olimpu izrađen višnjem,
zaziv Uranije Uranijo, ti sama štovaćima svoga umijeća
Pripravila, na kraju dugòtrajne žaleć im muke:
Najglađa stavljajuć stakla u cijev i umećuć konce
Te ih sa staklima vežuć da kreću ih vrlo polako
Zavrtnji gusti i brzo okretanje štapića obla.
Ti mi, božice, ti mi povedi pjesmu! No dare
Obične ne molim ja. Tà, znam, i odveć me smjelost
Draška: ti htjede da to i aonskim sestrama bude
Oruđe tajna, još davno, da pjesnici zà tū vještinu

90

95

100

Jam dudum, ingenuo prohibens concludere versu.
Tentabo tamen et facili si numine praesens
Adstiteris, diva, aggrediar numerisque coercens
Te duce primus ego tam mira reperta Latinis
Adstringam, primus Parnassi in vertice sistam.

105

Principio⁸ e pura moles crystallina massa,
Seligitur, tenui geminas cui pulvere frontes
Aerataque domant patina laevique papyro
Aut molli texto lini subiguntque teruntque,
Margine dum sensim circum conrasa tumescat
Et Pelusiacam referat sub imagine lentem
Exceptumque jubar pellucida perque polita
Torqueat ac certa deflexum lege refringat.
Illae aequi in formam debent tornarier orbis.

110

Et quidquid puncto radiorum effluxit ab uno,
Si satis id punctum distet procul, omne retortum
Undique lens iterum crystallina cogit et uno
Contrahit in puncto puncti e regione nitentis;
Quoque magis rutilo lens ipsa e fronte recedit,
Hoc citius coeunt radii et cum maxima demum
Intersunt spatia ac longe disjungitur aurei
Fons jubaris, vitro vix tantum distat ab ipso
Concursus rutilans radiorum, tollitur orbis
Illius a medio quantum frons extima puncto.
Si punctum lenti radians accesserit et jam
Vix tantum distet, quantum haec frons extima surgit,
Tum vero procul ipse fugit concursus et aequa
Inter se demum distantes omne recedunt
Per spatum ac nusquam coeunt radiantia fila.

115

Hinc tibi⁹ susceptum res apta reflectere lumen
Et late circum diffundere si satis, amplis
Discedat vitrea spatiis a lente, videbis,
Objectae vitro molis quod singula mittunt
Puncta jubar, sese in totidem conjungere punctis
Protinus atque adeo assimili sub imagine formam
Pingere nativisque ita quaeque coloribus illic
Reddere distincta, ut nullus tam possit Apelles

120

125

130

135

Ne znaju braneći njima u plemenit stih je zatvorit.
Ipak ču kušat se latit, pa ako mi tvoje božanstvo,
Božice, naklono pride, pod tvojim ču vodstvom ja prvi
Tako divna otkrića "obuzdat", u latinske mjere,
Stihove sapet i prvi na vrh ču ih Parnasa smjestit.

105

izrada leće

Prije svega⁸ se komad odabire čista kristala
Kojem se prednjice obje obrađuju sićušnim prahom,
A u mjedenu sudu, i trljaju glatkim papirom,
Lašte, ili pak platnom od mekana lana, sve dotle
Dok ga polako ukrug izgrižen ne učini obod
Pupčastim tako da bude na leću peluzijsku nalik,
Koja primljenu svjetlost, onako prozirna, glatka,
Savija pa je skreće i lomi po zakonu stalnu.
One se moraju, leće, zaobliti u pravilnu kuglu.

110

djelovanje leće

I koliko već zrakâ iz jedne točke poteče,
Ako je dosta daleko ta točka, tad kristalna leća
Skuplja skrenuto sve odasvuda opet, u jednoj
Sabirući ih točki nasuprotni točki što sjaji.
I što dalje je leća od izvora crvenožuta,
Zrake se skupljaju brže. A razmaci kad su med njima
Napokon ponajveći i izvor svjetlosti zlatne
Kad je daleko, tad jedva toliko od samog je stakla
Udaljen susret zraka rumenkastih kol'ko je vanjska
Ispupčenost te kugle od njezine središnje točke.
Ako se žarišna točka toliko približi leći
Da je već jedva toliko daleko ko svedenost leće,
Tada se njihov sraz u daljini gubi pa zrake,
Jednako udaljene međusobno, cijelim prostranstvom
Odlaze te se već nigdje ne sastaju svjetlosne niti.

120

Stoga,⁹ ako je što odbijati primljenu svjetlost
Podobno, sijat je širom okò sebe, a i od leće
Staklene ako je dosta daleko, tad vidjet ćeš da će
Točke se, svaka napóse, što staklu odašilju svjetlost
Predmeta ispred leće, u točaka isto toliko
Spajati odmah i oblik tog predmeta sličan toliko
Naslikat, prirodnim ondje obojiti bojama, tako
Da promatrača ne bi nijedan mogao Apel

125

130

135

In tabula, nullus spectantem ita fallere Zeuxes (sic!).
Invertit positus tamen, ut, quae dextera molis
Pars est, hanc latere a laevo tibi reddat imago,
In dextrum laevam pellat latus altaque ad imum
Dejiciat, quaeque ima jacent, sublimia tollat.

145

Hinc¹⁰ oculi in gremio quae lens crystallina pendet,
Transmissos cogit radios et pingit in imo
Invertens fundo quaecumque objecta tuemur.

Quae si forte parum, ut senibus, tumet aut nimis ipsi
Rem spectandam oculo libet admovisse, ut imago

150

Tendatur fundo excrescens partesque minutae

Se mole exhibeant majori nec tamen acrem

Confusae effugiant visum, lens vitrea turgens

Ante oculum solet extrorsum suspendier, ut jam

Incipient sensim radii se flectere et ante

155

Quam se oculo immittant, ad sese accedere, in ipso

Dum detorti iterum jungant se denique fundo

Nec dubium tristi fallant caligine visum.

Sic veterum monumenta virum confusaque scripta

Perlegimus saepe atque exesa numismata lentem

160

Trans vitream simul et distincta et mole videmus

Majore atque oculo vix non contacta tuemur.

Praeterea¹¹ vitrea quo longius absit imago

A lente, hoc etiam mage tenditur et majores

Particulas rerum, disjunctas et mage pingit.

165

Ac reliquum¹² si forte jubar secluditur atque

Externum a picta removetur imagine lumen,

Quod reliquis Terrae deflexum a partibus atque

Aëriis detortum auris circumvolat, ipsa

Clarior et longe distinctior extat imago

170

Nec caliganti turbantur nube colores.

Inde tubum¹³ tendunt, obscuris horreat imum

Cui tenebris gremium summoque in vertice lentem

Infigunt vitream, cui frons vix utraque quidquam

Turgeat extremoque fere pingatur imago

175

Amplior in fundo. Tubulo lens altera laevi

Jungitur incurvis multo mage frontibus apta,

	Prevarit svojom slikom nit ikoji Zeuksid tako. Položaj se, međutim, izokreće tako da slika S lijeve ti uzvraća strane što dio je predmeta desni, Lijevi pak tjera na desnu, a što je visoko, to dolje Spušta, što dolje pak leži, to naprotiv podiže uvis.	145
slika je predmeta izokrenuta oko dalekovidnost	Stoga ¹⁰ kristalna leča što leži unutra u oku Skuplja prenesene zrake i u dnu najdubljem slika, Ali izokrećuć, sve što prěd sobom vidimo tada.	150
kako se dobija krupnija slika kada je slika jasnija leće u teleskopu	Ako je premalo pak, ko u staraca, pupčasta leča Il nam se hoće predmet promatranja primaknut oku Odveć, da slika mu u dnu naraste i postane šira, Mali da dijelovi pak izgledaju veći, a oštar Vid ne ometaju mutni, tad pupčasta staklena leča Zna se stavljat izvana pred oko da svjetlosne zrake Počnu se već polako savijat i prilazit k sebi Prije no uđu u oko, sve dokle u dnu se samom Zrake izokrenute napòsljetku ne spoje opet, U neizvjesnosti vid ne puštajuć zamagljen tužno. Tako i spomenike staròdàvne, spise također Nečitke čitamo često i novce kroz staklenu leću Gledamo izlizane, a uvećano i jasno, Te nam, dok promatramo, dodiruju gotovo oko.	155 160 165 170 175
	Osim toga, ¹¹ što slika od leće staklene bude Udaljenija, to se i većma rasteže, veće Djeliće predmetâ tad oslikava, razdvaja jače K tomu, ¹² ako se svjetlost preostala isključi, ako Vanjsko se ukloni svjetlo od slike nastale tako, Ono što odbija se od ostalih dijelova Zemlje, Koje, odrazivši se, prostranstvima zračnima leti, Slika svjetlijia bude, daleko jasnija ustو Bez prelijevanja boja i bez zamračivanja ičim. Zato izduljuju cijev ¹³ u kojoj duboko unutra Vlada jeziva tama, a gore usađuju, nà vrh, Staklenu leću sa čelom i jednim i drugim tek nešto Ispupčenim da s' dolje, otprilike negdje pri kraju Dobije krupnija slika. U glatku se cjevčiću stavlja Prikladna druga leča već ispućenija mnogo,	

- A picta tantum, quae distet imagine, quantum
 Curvatura sui poscit turgentior orbis
 Spectantisque oculus, distincta ut forma videri
 Possit et haud dubio finitus limite margo. 180
- Hisce¹⁴ armis oculorum acies pervasit ad ipsum
 Aethera sydereosque ignes scrutata, nigrantes
 Phoebeo in vultu maculas inspexit et orbem
 Falcatae varium Veneris gnatique sodales
 Et trabeam tardique patris socia agmina et ipsam 185
 Vidit adhuc rutilo cinctam diademate frontem
 Et celos Lunae montes vallesque profundas.
- Nec nocet¹⁵ inversa teretes in imagine formas
 Aequalesque globos scrutarier. At lubet ipsas
 Cum recto spectare situ aut procul aequore in alto
 Cum tuimur plenis dantes cava linteal ventis
 Scindentesque salum puppes sive ardua longe
 Tecta vel errantes per pascua laeta capellas
 Aut nemorum frondes et prata virentia sive
 Pendentes procul horrenti sub vertice rupes,
 Adjunctae paribus spatiis similesque priori
 Binae iterum invertunt lentes rectamque figuram
 Restituunt posituque suo dent posse videri. 195
- At minus haec nostris sunt usibus apta, sed illud,
 Quod superest, tanti pars et quae maxima divae
 Muneris, expediam et calamo properante docebo. 200
- Imo¹⁶ qua molis gremio se sistit imago
 Spectanti usque adeo propior perque omnia visae
 Assimilis formae, tenuissima tendere suerunt
 Fila decussatim et spatium praetexere inane 205
 Illa quidem primum figebant plurima, quae se
 Hinc spatiis atque hinc aequalibus intertexta
 Ferretae ut crates, ut retia densa, secarent.
 His rerum moles metirier et spatiorum
 Mos erat in picta seriem numerare figura. 210
 At spatii extremi restantes denique partes
 Judicio incerto prendebant, arte nec ulla
 Sat fida in tenues poterant inquirere formas.

Tol'ko daleko od slike dobijene kol'ko to traži
Ona zaokruženost nabreklijia njezine kugle
I promatračeo oko da jasno se vidjeti može
Predmetu oblik i rub bez nejasne granice, točno.

180

Tim¹⁴ je oruđem oko u samo prodrlo nebo,
Njime je zvjezdane ognje istražilo, pjege na licu
Febovu, koje se crne, promatralo, onaj promjenjiv
Jupiter
Saturn
Srpaste Venere krug pa drugove sina i plašt mu,
Tromog mu oca mnoštvo drugovâ i čelo mu vidje
Što je ovijao još crvenkasti kraljevski povez,
Kao i Lunina brda visoka i dole duboke.

185

Ne škodi¹⁵ ipak u slici izökrenutoj promatrati
Oblike zaobljene i pravilne kugle. No kad ih
U položaju pravu još hoćemo gledati ko one
Punim što jedrima plove daleko po debelom moru
Lađe što pučinu sijeku il krovove strme daleko,
Ili kozice što se po bujnoj ispaši skiću,
Ili u luzima lišće i zelene livade, ili
Pećine što u daljini pod kršnim vise vrhuncem, –
Dvije dodatne leće na jednakom razmaku, slične
Prvoj, ponovo prizor izokreću, uspravan oblik
Vraćaju, daju ih vidjeti u prirodnu svom položaju.

190

To je za potrebe naše, međutim, manje već važno.

195

Ali izložiti ēu ono što ostaje, božićin što je
Ponajvredniji dar, i hitrim ga perom prikazati.

unutrašnjost
teleskopa
Dolje, na samom dnu,¹⁶ gdje nastaje predmetna slika,
A promatraču već utoliko bliže, u svemu
Viđenu obliku slična, veôma se tanani konci
Obično unakrst napnu i prazan pregrade prostor.
Isprva vrlo mnoge vezivahu da bi se sjekli
S obje upleteni strane na jednakim razmacima –
Slično ko guste mreže il gvozdene rešetke kakve.
Bio je običaj tad veličinu predmetâ njima
Mjerit i razmakâ niz računat na predmetnoj slici.
Ali dijelove one preostale razmaka krajnjeg
Približno uzimahu, jer nisu nikako mogli
Dovoljno pouzdano istražiti oblike sitne.

205

210

- Ipsa suis tantum non uno tempore alumnis
Uranie munus prodendum duxit, ut ingens
Ne pretium amoto vilesceret omne labore.
Ergo dea monstrante viam nunc denique filis
Immotis fixisque novum conjungimus, arte
Cogimus et mira lento discurrere passu
Atque omnem visae molis peragrare figuram
Et licet incessus lenti momenta notare
Singula, quaque oculos motus tenuissima hiantes
Pars penitus fallat, deprendere metirique.
Virga teres tenuisque incisis undique spiris
In cochleam se circumagit; propellitur illo
Excipiens aequis virgam cava lamina spiris
Retrorsum, antrorsum motu quantumlibet atque
Affixum defert filum perque omnia pictae
Deducit sensim tenuissima puncta figurae. 225
- Inclusumque quidem filum latet, extima sed qua
Frons educta tubo lamellae prodit, in ipso
Margine fixus apex pariter procurrit et aere
Indicat inciso numeros, vertiginis orbes
Qui referunt plenos; partes cujuslibet orbis
Alter, cum tereti qui virga vertitur, index
Exhibet, et latum cum vix processerit unguem,
Quae filum lamella gerit, totum ille per orbem
Flectitur ac partes signat quotcumque per omnem
Circuitum extremi libuit disponere gyri. 230
- Atque¹⁷ hic filorum textus lentusque meatus,
Cum res exiguae quamvis et mole minutae
Prendere mensuris det posse fidelibus, inde
Ille quidem et nomen Grajo sermone recepit.
Illo etiam astrorum positus metimur, aperto
Aethere dum motus exercent acta diurnos
Immotumque tubi subeunt quamplurima campum
Tempore quaeque suo. Molem quoque prendimus atque
Accessum ad Terram et longos per inane recessus.
Nam quaecumque procul fugiunt redeuntque tuent
Objectam imminuunt primum, tum deinde figuram 240
- 215
220
225
230
235
240
245
250

	Smatraše Úranija da ne valja otkrit odjednom Svojim pitomcima dare tolike, da silna im vrijednost, Ako se ukloni trud, ne izgubi time na cijeni. Dakle, božica put nam pokaza pa konačno sada S koncima nemičnima i stalnima spajamo jedan Nov koj' divnim umijećem tad pokrećemo polako Cio pretražujuć lik koj' gledamo i veličinu Te se zapazit može u njegovu sporome hodu Svaki pokret napose, uočit i najmanji dio Pokreta mjerit što posve i pozornu izmiče oku. Tanak i okrugli štapić sa zavojnim režnjima kružnim Pužnicu oblikuje, a jednaki navoji prime Štapić uvrćuć ga u bušenu pločicu što se Pokreće nazad i naprijed koliko se hoće i miče Onaj pričvršćen konac polako ga vodeć po svima Točkama najmanjima onako dobijene slike.	215
	Konac je skriven, doduše, i zatvoren, ali gdje vanjska Strana pločice viri iz cijevi kad se izvuče, Jednako pričvršćen vršak na samom izviruje rubu, Mjedeni režnji brojke pokazuju koje nam kažu Potpune obrtaje u vrtnji, dok dijelove svakog Kruga pokazuje drugi koj' okrugli obrće štapić. I kad se pokrene naprijed tek kol'ko širok je nokat – Riječ je o pločici s koncem – on pò svem obilazi krugu Bilježeć dijelove sve koliko god ih se htjelo Ùnaokolo po cijelom porazmjestit izvanjskom krugu.	220
	<i>naziv</i> K tomu ¹⁷ taj konaca splet i njihovo kretanje sporo,	225
<i>mikrometra</i>	Buduć da predmete male ma kako i sitne obujmom Vjerno mjeriti sad omogućuje, to je ta sprava Dobila, polazeć otud, iz grčkog jezika ime.	230
<i>mjerjenje</i>	Njom i položaj zvijezda sad mjerimo kada se giblju	235
<i>nebeskih tijela</i>	Izvodeć kretanja svoja svakodnevna slobodno zrakom, Stižuć u velikom broju u polje nemično cijevi Svaka u svoje vrijeme. A hvatamo i veličinu Njinu, i prilazak Zemlji, i odlaske duge u svemir.	240
<i>mikrometrom</i>	Jer sve one što bježe daleko, al se i vrate, Prvo dobivenu sliku umanjuju svom promatraču	245
	250	

Rursum augent. Quam si fixum concluseris inter
Ac filum lentis delatum motibus, omne
Discrimen visae molis spatiique videbis.

255

His ergo¹⁸ et, medium cum jam progressa triformis
Umbra deae ad vultum devenerit, utere filis.
Ac primum, obducens quod Cynthia fronte rotunda
Occupat aetherei tractus, intercipe claudens
Immoto motoque simul; mox ipsa nigrantis
Per summos apices arcus traducito et ambos
Excipe nectentem transverso tramite chordam
Ac demum converte tubum conclusaque fila
Perque apices ambos hoc transeat, illud opaco
Adductum limbo conradat flexile dorsum
Atque interceptam chorda metire sagittam
Nigrantique arcu, qua is prominet, in medioque
Plusquam alibi a recto sinuatus calle recedit.
Haec ubi jam perfecta sient, tum denique certa
Fas erit umbriferi ratione agnoscere coni
Transversus quantum ductus procedat et orbem
Quae via per medium recto se tramite ducat.
Nam quoties repetitam aequarit chorda sagittam
Dimidia, haec toties repetita aequabit, opaci
Orbis quod medio latitat de tramite et ultra
Chordam ipsam oppositas longe pertingit ad oras.
Jam medio calli invento componere mensos
Ni pigeat divae vultus, manifesta patebunt
Omnia et umbriferum ter pene extendier orbem
Percipies tantum, quantum frons ampla triformis
Excurrit divae ac medio se tramite pandit.
Quaeque locis isdem cono mensura nigrantem
Claudenti Terrai umbram debebitur, illam
Praebebunt numeri Phoebes nigrantis in umbra.
Quin¹⁹ et, si propior tum forte accesserit imae
Telluri Titan vel fugerit altior axe
Cynthia, comperies nigrantem adstringier orbem.
Contra si Phoebus consurgat in aethera vel si
Telluri propior Phoebe meet, amplior idem
260
265
270
275
280
285

Pa je uvećaju opet. No ako je zatvoriš izmed
Konca pričvršćena i onog što sporo se miče,
Vidjet ćeš razliku svu veličine te i daljine.

Tim se¹⁸ koncima, dakle, posluži kad već do sredine

255

Luna Trolike božice lica pokrenuv se prispije sjena.

I, kao prvo, ded koncem omedi i prostor zatvori,
Pomičnim, nemičnim koncem istodobno, Kintija što ga
Okruglim prekriva čelom u eteru te ih provuci

Preko crnkasta luka po vrsima, potom tetivu,

260

Što ih poprijeko oba povezuje, uzmi, povuci;

Konačno cijev okreni i usmjeri s koncima ȳ njōj;
Jedan kroz oba vrha nek prođe, a drugi dovedi
Do sjenovita ruba, nek struže okretljiva leđa.

“Strelicu” omeđenu tetivom i crnkastim lukom

265

Izmjeri k tomu, gdje taj proviruje i u sredini

Više no drugdje savijen od ravne odstupa staze.

Kad se već obavi to, tad napokon bit će moguće

Pouzdanim računom dokučit kolik je promjer

270

Onog sjenovitog čunja, također i kolik je opseg –
Staza što vodi ravno sredinom njegova kruga.

Naiće, pola tetive koliko odgovara puta

“Strelici” ponovljenoj, koliko odgovara puta

Ponovljena tetiva skrivēnu promjeru kruga

Sjene, daleko prekò njē u suprotne dopiruć kraje.

275

S promjerom nađenim tako ne mrzi l' te sravniti lice

Božice mjereno već, tad bit će ti kao na dlanu

Jasno sve, i da krug se sjenoviti gotovo triput,

Shvatit ćeš, pruža koliko u trolike božice krupno

Čelo se pomalja van i širi središnjom stazom.

280

I kolika već bude na istim mjestima mjera

Čunja što Zemljinu crnu okružuje sjenu, tolike

Bit će i Febine brojke – koliko se crni u sjeni.

veličina se Štoviše,¹⁹ ako se Titan tad slučajno primakne bliže

285

čunja Zemlji što najniže leži il Kintija pobjegne više

sjene mijenja Ū nebo, moći ćeš otkrit da krug mu se sužava crni.

Naprotiv, ako se Feb u eter diže il ako

Febe putuje Zemlji tad bliže, taj isti će biti

Laxabit gremium et distento margine crescat.	
At citius propiore deo coit umbrifer ipse	290
Conus et adstricto brevior se limite gyrus	
Contrahit ac terris quo diva remotior errat,	
Hoc apici propior summo breviora nigrantis	
Per spata umbrai traducitur et minus amplum	
Permeat atque arctis conclusum finibus orbem.	295
Quid, quod ²⁰ et obscuri medium deprendere gyri	
Fas erit ac positum ad radiantes aetheris ignes	
Exigere et certa coeli in regione locare.	
Huic medio positus communis habebitur atque	
Umbriferi medio coni ac regione videbis	300
Una eademque simul concurrere semper utrumque.	
Scilicet oppositas Phoebo se conus ad oras	
Dirigit assurgens coelo et contraria acuta	
Cuspide signa petit, punctum directus in illud,	
Quo secat a Phoebi medio per viscera Terrae	305
Intima productum Titania semita callem.	
Ast ipsum et medius punctum tenet umbrifer orbis.	
Nonne vides notas ardere per aethera flamas	
Astrorum et rutilis fulget quae fascia signis?	
Illa viam Phoebi signat tibi. Tempore quovis	310
Nosti etiam, qua parte meet Titanius ignis	
Quodque adeo opposita punctum respondeat ora,	
Designare tuens poteris. Quod si ardua Phoebe	
Immineat capiti et dorso Telluris ab alto	
Illa ipsa regione poli spectetur, ab imo	315
Qua medio spectanda foret, tum prorsus eidem	
Congruere invento puncto. At demissior illa	
Obliquo cum despicitur tibi tramite et imum	
Visae errore viae ad limbum demittere sese	
Creditur aetherei tractus, errare videbis	320
Tantundem pariter, medium ac demittier umbram.	
Ergo ²¹ etiam certis constat tibi denique signis,	
Cur subita et Phoebe quondam ferrugine vultum	
Inficiat, qua se, dum deficit, abdat in umbra.	
Verum age, quo, posita penitus formidine, mentem	325

Veći, raširit će skute, rastegnut rub i narasti.
Ali što bliže je bog, to brže sjenoviti čunj se
Sažimlj, smanji se krug i rub mu se sužava, skuplja;
Što je pak božica dalje, što dalje od Zemlje tumara,
Bliže najvišem vrhu, to manji prostor je crne
Sjene po kojem hodi i putuje manje širokim
Krugom, koji je tada u tjesne zatvoren međe.

290

Nadalje,²⁰ bit će moguće i središte tamnoga kruga
Otkrit i položaj njegov spram blistavim ognjima etra
Tražit i smjestiti ga u sigurnom predjelu neba.
Položaj središta tog i ovog, sjenovitog čunja
Biti će zajednički i vidjet ćeš kako se uvijek
Jedan i drugi skupa u istom predjelu nađu.

300

smjer čunja Čunj je, razumije se, na strane Febu nasuprotn
Usmjeren dižuć se k nebu i svojim šiljatim vrhom
Gada suprotne zvijezde, a upravljen je u onu
Točku u kojoj putanja Titánova siječe dugacku
Stazu, od središta Feba duboko kroz utrobu Zemlje.
U toj je točki također i središte sjenasta kruga.

305

Znani nam plameni zvijezda u etru – zar ne vidiš? – gore
Kao i koja to traka crvenkastim znacima blista.

310

zodijak Ona ti Febovu stazu označuje. Znadeš također
Kuda Titánov oganj u koje prolazi vrijeme;
Štoviše, koja to točka odgovara njojzi nasuprotn
Moći ćeš motreć označit. Pa kad bi ti visjela Feba
Okomito nad glavom, a ti je s visokih gledo
Zemljinih leđa u onom, rečenom predjelu neba,

315

U kom bi bilo je gledat iz središta Zemlje, posvema
Nađenoj točki bi tad odgovarala. Ali kad vidiš

ekliptika Da se spustila niže i koso, kad vjeruješ da se
Spušta do najnižeg ruba, zbog varljivo viđene staze
Da se do obzora spušta, tad, vidjet ćeš, jednako tako
Luta i isto toliko i središte spušta se sjene.

320

Sad ti je napokon, dakle,²¹ po sigurnim znacima jasno
Zašto Febino lice odjednom uprlja kadsto
Čad i u kojoj se ona, dok gasne, sakriva sjeni.

325

Nego, da ukloniš strepnju posvema, da možeš što bolje

Firmare atque fidem possis adhibere canenti
Certius et causas in aperta luce videre,
Contemplare vigil mecum, quae tempora poscant,
Quos nexus inter Phoebi divaeque labores
Hae causae, quinam constet defectibus ordo.
Namque ubi cognoris, quidquid deduxerit inde
Judicio mens usa acri, se prodere id ipsum
Suspectantum oculis fierique illo ordine eodem,
Tum vero manifesta fides et ponderis ingens
Accedet nostris vis ultima denique dictis.

330

335

Principio²² nunquam fraterno diva carebit
Lumine, ni fuerit nodo mediaeque viai
Proxima, dum Phoebo adversa volat aetheris ora;
Nec rapiet terris missas a fratre sagittas
Et rutilam nigro praetexet lampada velo,
Alterutri propior fuerit nisi Cynthia nodo,
Dum fratrem assequitur coeloque vagatur eodem.
Inde autem et medium bijugos cum forte per umbram
Egerit, haud iterum tenebris nigrescet obortis,
Sexta nisi aptarit fronti jam cornua jamque
Oppositum pleno prope nodum effulserit orbe.
Praeterea tristi nunquam ipsa nigrescet ab umbra
Mense latens medio, primo quin mense vel ante,
Continuo vel post, fratrem vel tempore utroque
Occulat atque aliqua Terrae pro parte recondat.
Vix etiam plenus fugere atque evolvier annus
Vix poterit, bis fulgentem quin lampada condat
Cynthia bisque suos vultus demergat in umbra,
Quondam autem ter fratrem uno velabit in anno,
Ter sua vel subitis ipsa obruet ora tenebris.

345

350

355

Atque²³ ea, si fratri cursum cursumque sororis,
Nodorum et positus motumque per aethera, quantum
Et calli inclinet Phoebeo se via Phoebes,
Qua tumeat tristis conus, qua Cynthia mole
Titanisque orbis, recolas et mente revolvas
Componasque simul, certa ratione patebunt.

360

In primis²⁴ tantum Phoebeo se via divae

	Srce ohrabrit i vjeru poklonit pjesniku svomu I da uzroke možeš u jasnu vidjeti svjetlu, Hajde pozorno sa mnom promotri koja vremena, Koje uzroci ti med Febom i božicom traže Veze, med mukama njinim i koji je red pomračenja.	330
	Jer čim spoznaš da sve se, što god izvede odátle Um posluživ se sudom pronicavim, otkriva isto Očima to promatračâ i zbiva po istome redu, Tad će se riječima našim očigledno pridati vjera Konačno, i težina te silna i odlučna snaga.	335
	Prvo, ²² božica neće bez bratove svjetlosti ostat Nikad ne bude l' čvoru veòoma blizu i stazi Središnjoj leteći etrom u predjelu Febu nasùprot Niti će ugrabiti Zemlji od brata poslane strijele Niti će koprenom crnom rumenkastu svjetiljku zastrijet	340
<i>ekliptika</i>	Ako se Kintija jednom il drugom ne približi čvoru Brata sustižuć svog i istim lutajuć nebom. Stoga, kad slučajno dvopreg sredinom sjene povede, Neće se ponovo ona u nastaloj tami zacrnjet Ako i šeste već na čelo ne namjesti roge,	345
<i>uštap</i>	Ako već punim krugom ne zasja kraj suprotna čvora. K tomu, neće se nikad od sumorne crnjeti sjene Usred se mjeseca krijuć, početkom da mjeseca ne bi, Prije il odmah poslije, u vrijeme il jedno il drugo, Skrila, zaklonila brata za Zemljin poneki dio.	350
	Jedva bi godina cijela utèkla i jedva istèkla A da Kintija dvaput ne zasjeni svjetiljku sjajnu, A i da svoje lice ne zagnjuri dvaput u sjenu. Brata će kadšto i triput u jednoj godini zastrijet Il će joj triput lice odjednom prekriti tama.	355
<i>Sunce</i>	Ako ²³ porazmisliš opet i predočiš ponovo sebi Putove brata i sestre pa položaj čvorova, njino Kretanje etrom i kol'ko putànja se Febina k stazi Febovoj naginje, kol'ko žaloviti nabubri stožac, Kol'ko je Kintija krupna i kolik je kolut Titánov	360
	Pa to posložiš skupa, tad sve će ti postati jasno. Božićina putànja ko prvo ²⁴ je k Febovoj stazi	

Inclinat calli accedens, ut flexus in ipso Nodorum nexu integri de partibus orbis Sextam bissenis vix quidquam excedat et inter Connexos arcus curvataque crura receptet.	365
Inde autem ²⁵ facili poteris deducere pacto, Quod sequitur: medio fraterni a tramite cursus Vix mage bissenis quam parte e partibus una Disjungi Phoeben spatii, quo diva recedit	370
A nodo propiore sibi nexuque tenaci. At si eadem ²⁶ minus a Phoebeo tramine distet Quam tumeat coni simul et simul ipsius orbis Dimidius, cono fontem demerget opaco	375
Parte aliqua saltem et tristi nigrescit ab umbra. Quindecies ²⁷ e bissenis si partibus unam Aetherei gyri in quatuor discerperis, illa Occupat hanc ipsam gremio protensa tumenti.	380
Ter tantum conus distenditur; accipe utrinque Dimidium, e tricies bissenis partibus orbis Una tibi aetherei obveniet. Qua ²⁸ parte viai Fraternae si forte soror minus absit, in oras	385
Progressa Eoas pleno cum lumine fulgens Assequitur conum adversa e regione tumentem, Incurret tenebrisque genas perfundet opacis. Ergo minus ²⁹ quam bissenis si partibus illis	390
Seu bis quindenis parte una e totius orbis A nodo Phoebe distet propiore, nigrantis Dum positum assequitur coni, turpata tenebris Ardentes merget bijugos currumque nitentem.	395
Ast eadem distet si longius, effugit umbram Et coni occursum elabens declinat opaci.	
Mense novo ³⁰ contra fugientem Cynthia fratrem Cum demum assequitur, multo si longius ipsis Distet adhuc nodis, poterit praetexere dorso Partem aliquam extremis rutila de lampade terris.	400
Terrai a medio ³¹ nam suspectantibus ignem Parte aliqua, saltem Phoebeum objecta recondet, Ejus si medium fraterno a tramite tantum	

<i>putanje</i>	Prilazeć nagnuta tol'ko da kut u samome spoju Čvorova šestinu tek dvanaestine cijelog kruga Prelazi nešto, a kol'ko zauzima prostora izmed Spojenih lukova onih i svrnutih krakova njinih. Otud ²⁵ ćeš moći, međutim, na lak zaključiti način Ono što slijedi: da Febu od bratove središnje staze, Kojom on kruži, tad dijeli tek nešto veća daljina No što je dvanesti dio tog razmaka, kol'ko je Luna Od njoj bližega čvora daleko i čvrstoga veza.	365
	Ali ako je manje ²⁶ od Febove staze daleko No što je polumjer čunja i njezin polumjer skupa Velik, tad će u čunj sjenovit zagnjuriti čelo Barem ponekim dijelom od sumorne crneć se sjene.	370
	Ako od petnaest puta ²⁷ po dvanaest dijelova kruga Nebeskog podijeliš jedan na četiri, taj će zapremit Nabrekлом svojom nutrinom koliko je sama široka. Čunj se rasteže triput toliko; polovicu uzmi	375
	Odsvud, i dobit ćeš jedan od trideset puta po dvanest Dijelova nebeskog kruga. No ako nije toliko ²⁸ Sestra daleko, već manje, od bratove tada putanje Blistajuć punim svjetлом, put istočnih krenuvši međa,	380
	Kada sustiže čunj što buja sa suprotne strane, Nasrćuć obraze će sjenovitom obliti tamom.	
	Dakle, ako je manje ²⁹ od dvanaest dijelova onih, Ili od jednog od dvaput po petnaest cijelog kruga, Feba od bližeg čvora daleko dok stiže na mjesto Onoga crnog čunja, žarkovit će dvopreg i kola	385
	Blistava svoja zagnjurit u tamu koja je prljiva. Ali ako je tad udaljenija, izbjegne sjenu,	
	Izmice, susretu se sa sjenastim uklanja čunjem.	390
<i>udaljenost</i>	Naprotiv, Kintija kada napošljetku sustiže brata,	
<i>Mjeseca od ekliptike</i>	Koji bježi pred njome, za mlađaka, ³⁰ ako je mnogo Dalje od čvorova još, tad moći će leđima svojim Dio rumenkaste luči u krajnjim zemljama zastrijet. Jer promatračima će iz središta Zemlje ³¹ bar nekim Dijelom Febov organ zaklonit ispriječiv se preda nj, Bude li središte njeno od bratove staze daleko	395

Abfuerit, quantum orbe suo fraterque sororque Dimidio late turgent, quantum aetheris abdunt. Quod si defectum Terrae tuearis ab ora Marginis extrema ad Boream vergente vel Austrum, Praeterea tantum poterit distare, per auras	400
Avecta ad Lunam Tellus quantum ampla pateret, Dimidia qua mole tumet deque aetheris alti Obtegeret gyro condens. Nam Cynthia limbum Phoebei vultus extremo margine tantum Dum condit media coelum e Tellure tuenti,	405
Si, quantum a medio extrebas Telluris ad oras Est spatii, tantum subito percurrat et inde In latus ad Boream aut abducta recedat in Austrum, Quod praestat, praestabit adhuc limbumque nitentem	410
Fraterni vultus, mediis velut ante tegebatur, Extremis pariter terris teget usque, Boreo Quae procul hinc sive inde Austri sub cardine torpent.	415
At sibi ³² bissenis tricies e partibus orbis Aetherei prope dimidiad Latonia poscit, Traversa qua mole patens tumet integra; Phoebus	
Dimidiad pariter Tellusque avecta per auras Ad Lunam geminas ferme occupat. Omnibus unam	420
Collectis ergo in summam, de partibus illis Tres fiunt sive integri de partibus orbis	
Bissenis decima. Ac fraterno a tramite proinde Eiusdem decimae partis Latonia distet	425
Particula si dimidia, Titania condet Extremis saltem Terrai partibus ora.	
Bissenis ³³ tum ferme isdem propiore necesse est, Absit ut a nodo spatiis mage, scilicet una	
Aetherei decies binis e partibus orbis	430
Bisve novem, quarum totus circum ardua aether Bissenas decies ter vasto amplectitur orbe.	
Haec ³⁴ tibi si perspecta sient, jam caetera nullus Evolvisse labor: sponte inde sequuntur et acri	
Se sistunt animo ac mentem praesentia pulsant.	435
Dum nempe a Phoebi congressu Cynthia sive	

Toliko kol'ko je bratov i sestrin, zajedno uzet Popola, širok obujam, kol'ko pokriju neba. Ako li pak pomračenje sa krajnjih granica Zemlje Promatraš, s njezina ruba, što gleda na sjever il nà jug, Udaljenost će moći i veća biti tol'ko	400
Kol'ko je Zemlja široka, ponèsena zrakom do Lune, Kolik je polumjer njen i kolik bi pokrila prostor Kružeć u eteru višnjem. Dok naime obrubom krajnjim Kintija pokriva samo krajičak Febova lica Za promatrača koj' nebo iz Zemljina središta motri,	405
Prevali li odjednom tol'ku daljinu koliko Iznosi udaljenost od središta Zemlje do krajnjih Međa, odmaknuv se otle put Boreja nà bok il juga, Činit će još što čini i sjajan će prekriti obrub	410
Bratova lica – ko prije u središtu Zemlje – u krajnjim Zemljama jednako tako, pa bilo da s' lede daleko S ove il one strane, pod sjevernom osi il južnom.	415
Latonka traži, međutim, za sebe ³² gotovo pola Stupnja od dvanaest puta po trideset nebeskog kruga, Kol'ko je poprijeko cijela širòka kad nabubri; isto	
Tako polovicu Feb. A Zemlja do Lune u zraku Uznijeta gotovo dva zauzima. Dakle, kad svi se Skupa saberu i zbroje, od dijelova, stupnjeva onih Tri se dobiju stupnja il deseti dio od dvanést	420
Dijelova cijelog kruga. I bude li Latonka stoga Udaljena od staze svog brata polovicom samo Toga desetog dijela, Titánovovo sakrit će lice	425
Ako ne drugdje, a ono u krajnjim stranama Zemlje.	
<i>udaljenost od čvora</i>	
Tada je nužno da bude od bližeg čvora daleko Više od dvaput po šest, ³³ otpriklike, razmaka istih, To jest, od jednog dijela od dvadeset nebeskog kruga,	430
Ili osamnést, a cijelo visòko ih sadrži nebo Tripit deset po dvanést u golemom okolo krugu.	
<i>napredovanje Sunca i čvorova</i>	
Ako uvidiš to, ³⁴ preostalo neće već biti Nikakav napor objasnit: odátle samo po sebi Slijedi i zorno duh pronicav predočuje sebi.	435
Jer dok od sastanka s Febom il susreta s crnkastim čunjem	

Nigrantis coni occursu digressa pererrat
Totum orbem atque adiens rursum nova cornua sumit
Vel rursum oppositas pleno nitet ore per auras,
Ipse etiam interea Titan progressus Olympo
Mutavit sedem atque una de partibus orbis
Bissenis signi spatio radiantis in ortum
Processit ferme, occiduas et nodus in oras
Vicenis rediit signi de partibus una.

440

Scilicet³⁵ hinc, si fors nodo concursus in ipso
Accidat et fratrem condat soror, ipsa vel umbram
Per mediam curru tendat turpata nigranti,
Alter succedet congressus, cum procul inde
Distabit Phoebe paulo majore, per axem
Quam quo se spatio bissex fulgentibus unum
Porrigit e signis. Tantundem rursus in ortum
Procedet novus atque novus concursus, eodem
Et spatio occiduas nodus retrahetur in oras.
Ergo congressu in sexto jam denique nodus
Occurret coeli oppositis in sedibus alter
Perque viam Phoebi paulo se transferet ante
Cynthia, quam medium fratriis conive nigrantis
Transcurrat medium et vel Phoebi conteget ignes
Ipsa vel horrenti currum demerget in umbra.

450

Praeterea³⁶ et coni ad medium si appellit in ipso
Alterius nodi nexu vel proxima nodo
Cynthia per mediamque umbram traducitur, ante
Mense novo pariterque novo post mense coabit
Cum fratriis curru opposito sat proxima nodo,
Parte aliqua ardentes ut possit condere vultus.
Nam nodum si diva tenet contraria Phoebo,
Nodum itidem huic nodo oppositum regione tenebit
Phoebus in adversa coeli simul, illa per orbem
Excurrit prope dimidium ter quinque diebus,
Dum conum assequitur nigrantem fratre relicto
Vel cono progressa fugit fratrique propinquat.
Interea ad nodum accedens fugiensve relictum
A tergo, Phoebus quindenis partibus illis

455

460

465

470

Kintija, rastav se, luta i kruži cijelom putanjom
Pa nadolazi opet i uzima robove nove,
Ili na suprotnoj strani zablista opet ko uštap,
Ì sâm već uto Titan na Olimpu odlazi naprijed,
Promijeni mjesto, za jedan od dvanaest dijelova kruga
Produži dalje na istok za prostor od gotovo jednog
Blistavog znaka, a čvor put zapadnih odlazi strana
Nazad za jedan dio od dvanaest dijelova znaka.

440

Ako se slučajno susret u samom dogodi čvoru,³⁵

445

Sestra pak zakloni brata il sama u kolima crnim
Zaputi se sred sjene poružnjela, potom će, zna se,
Drugi susret uslijedit kad Feba daleko odánle
Bude, na malo većoj daljini od one na kojoj
Jedno od dvaput po šest po osi se blistavih zviježđa
Stere. Za isto toliko i nov će se susret na istok
Ponovo pomaći naprijed, a tako i svakī novi,
Dok će se čvor na zapad u razmaku istom povúći.
Dakle, u susretu šestom naposljetku drugi će čvor se
Naći, pojavit se već na suprotnim mjestima neba,

455

Dok će Kintija preko putanje Febove prijeći
Malo prije no prođe kroz bratovljevu sredinu,
Ili crnog čunja, i Febove prekrit će ognje
Ili će s kolima sama u jezivu sjenu uronit.

460

Ako Kintija usto³⁶ do središta prispije čunja,

Našav se ù drugom čvoru il opet blizu posvēma,
Prolazeći pri tome sredinom sjene, tad srest će,
Prije i jednako poslije, o mlađaku bratova kola
Jer će dovoljno blizu nasuprotnom naći se čvoru
Kako bi mogla bar dijelom zakloniti mu us'jano lice.
Bude li božica naime u čvoru Febu nasuprotni
Feb će također biti u isto vrijeme u čvoru
Suprotnu ovom, na strani nasuprotnoj neba. A ona
Gotovo pola putanje za petnaest prevali dana,
Crni dok sustiže čunj il iz njeg, napustivši brata,
Odlazi naprijed i bježi i svom se približava bratu.
Uto prilazeći čvoru il, pustiv ga zà sobom, bježeći,
Feb se pomakne naprijed za petnaest stupnjeva onih

465

470

Progreditur, quarum senas quater integer orbis
Quindecies habet ac concursu proinde in utroque
Tantundem a nodo distant fraterque sororque.
Nempe minus novies binis quam partibus isdem,
Queis quando distant, rutilos haec illius ignes
Occulit atque aliqua Terrae pro parte recondit.

475

Cum vero³⁷ novies binis si Cynthia Phoebo
Juncta vel hinc illis vel partibus inde recedat
A nodo, ardentes vultus tegat, occupat illud
Infestum terris spatium Phoeboque tegendo
Aptum ter ternas partes quater. Atque adeo cum
Per mensem bisquindenit abscedere tantum
A nodis Titan possit, transcurrere utrumvis
Is nodum haud poterit, quin ipsum Cynthia toto
Orbe peragrato adveniens obducat. At ipsam
Quod spatium Phoeben tristi demergat in umbra,
Bissenis tantum cum partibus extet utrinque,
Per nodum poterit sese traducere, in illo
Quin spatio accurrens a tergo diva ruentes
Immittat bijugos umbrae et turpata nigrescat.
Atque ubi cum Phoebo concursus habebitur ipso
In nodo nodule plaga in propiore, nigranti
Tum qui cum cono occursus praecesserit ante,
Tum dein succedet qui mox, distabit ab ora
Oppositi nodi mage quam spatia illa requirant,
Queis dea sordenti caput abdere possit in umbra.
Proin poterit Phoebi vultus obducere diva,
Ipsa licet tristi non se demergat in umbra.

485

His³⁸ animadversis, jam quae memoravimus ante,
Prona tibi fient ac debita tempora disces.
Primum etenim semper Titan bis quolibet anno,
Partem aliquam rutilae frontis velante sorore,
Deficit. Neque enim senis congressibus unquam
Esse locus poterit, quin sit, qui proxima nodo
Obtineat distetque minus, quam infesta requirant
Telluri loca, Phoebeis defectibus apta.
Bissenos saltem congressus semper in anno

495

500

505

Kol'ko ih cio krug imade – dvadeset četir'
Puta petnêt. I stoga kod susreta jednog i drugog
Brat su i sestra isto tolîko daleko od čvora.
Naime, za manje od dvaput po devet dijelova istih,
Kolik je kadšto im razmak, rumenkaste njegove ognje
Zaklanja ona i Zemlji za neki ih sakrije dio.

475

kada ne Buduć da³⁷ Kintija pak, kad dođe do susreta s Febom,

480

dolazi do Odstupa s ove strane il one od čvora osamnêt

pomrćine Stupnjeva žarko mu lice prekrivajuć, zaprema onaj

Zemlji poguban prostor, a može i prekriti Feba –

Tripit pô tri stupnja sa četiri. Štoviše, kako

Titan se može udaljiti od čvorova mjesecno samo

485

Trideset stupnjeva onih, to neće moći kroz bilo

Koji od čvorova proć a da Kintija ne zastre njega,

Cijelu prevaliv putanju, nadolazeć. Ali budúći

Da je prostor, na kojem u sumornu uranja sjenu

Feba, s obiju strana tek dvanaest stupnjeva širok,

490

Moći će se božica provest kroz čvor a da, hrleći s leđa,

Hitri ne zatjera dvopreg na prostoru onom u sjenu,

Da se ne crni i sama i da je ne nagrđi sjena.

Pa kad se sastanak s Febom u samom dogodi čvoru

Il u blizini čvora, a bude li susret sa crnim

495

Čunjem prethodio tomu, il skoro će potom uslijedit,

Božica bit će na većoj daljini od granice čvora

Njojzi suprotstavljenia no što bi to tražio onaj

Razmak na kojem bi glavu u prljavoj sakrila sjeni.

Moći će božica, dakle, zamračiti Febovo lice

500

Ako i ne bude sama u tužnu uronila sjenu.

koliko ima Nakon zapažanja tih,³⁸ što već napomenusmo prije,

godišnje Bit će ti shvatljivo sve i potrebna znat ćeš vremena.

pomrćina Jer kao prvo će uvijek i dvaput u godini svakoj

Sunca i Mjeseca Titan pomrčat kad sestra bar dijelom mu rumeno čelo

505

Zastre. Tà, nikad se neće dogoditi moći da s' ne bi

Zâ šest susreta nigdje približio čvoru tolîko

I na manjoj daljini od tražene, kobne po Zemlju,

Što je za Febova pak pomračenja pogodna tada.

Svake godine Feb sa Febom uvijek imade

510

Phoebus habet quovis cum Phoebe: bis soror ergo
Fraternam quovis frontem velabit in anno.

Quod si etiam primus nascentis origine in anni
Congressus fiat, fratrem obducente sorore,
Ante tibi adveniet post sextum sextus ab illo,

515

Tertia Phoebeae et referet velamina fronti,
Quam se bissenis evolvat mensibus annus.

Namque soror coelum bis senis* orbibus ambit
Acceditque dies bisquinis una diebus

Praeterea, Titan uno dum circuit orbem

520

Signiferum gyro et perfectum terminat annum.

Quin et, cum geminis possit congressibus idem,
Qui sibi succedant porro, se Phoebus in umbra
Condere parte sui, veluti memoravimus, ille

Quarto etiam aut quinto primum si mense recondat

525

Bis sese, se rursum anno celabit eodem,

Cum decimus mensis devenerit undecimusve

Terque uno rutilam frontem praetexet in anno.

Ipsa etiam poterit post senos Cynthia menses
Frontem iterum tenebris involvere terque in eodem

530

Quondam anno ipsa etiam poterit se condere in umbra,
Si prima et media atque extrema in parte recondat.

At quoniam brevius nodos circumjacet ipsi

Infestum Phoebae spatium, quondam accidet olli,

Occursum fugiat coni nigrantis ut inter

535

Oppositus geminos, nodum quo tempore conus

Transiliit perque illa ferat se proxima nodo

Atque infesta deae loca nigrantesque tenebras

Nec tum per quinos nec dein Latonia menses

Oppositas fratri, timeat, dum permeat oras.

540

Hinc erit, ut geminos Luna squalente per illum

Oppositus annum haud videas. Sed saepe tenebris

Illa etiam inficiet frontem Phoebusque latebit

Saepe etiam, quin se divaeque deique labores

Exhibeant tibi spectandos; si scilicet infra

545

* corr. ex denis

	Dvanaest susreta barem. I stoga će bratovo čelo Svake godine dvaput obaviti koprenom sestra. K tomu, ako se prvi početkom godine zbude Susret Feba i Febe i sestra zamrači brata, Prije će doći do šestog, od onoga, poslije šestog Te će Febovo čelo i treći put koprenom zastrijet, Nego što godina cijela od dvanest mjeseci isteče. Jer obilazi sestra u dvanaest krugova nebom; K tomu se jedan dan na dvaput pō pēt nadoda Dokle Titan u jednoj putanji obade svojoj	515
<i>zodijak</i>	Onaj zvjezdonsni krug i godinu cijelu okonča. Štoviše, buduć da Feb u dva se susreta koji Slijede jedan za drugim izatoga sakriti može Jednim bar dijelom u sjeni, baš kako spomenusmo prije,	520
	Skrije l' se prethodno dvaput u četvrtom ili u petom Mjesecu, on će se opet u istoj godini sakrit Kada deseti već il jedanestasti nastupi mjesec Te će u godini triput rumenkasto zastrijeti čelo.	525
	Moć će i Kintija sama u tamu zaviti čelo Ponovo poslije šest mjeseci i triput u istoj Godini moć će se kadšto i sama sakrit u sjeni Ako se prednjim il srednjim il krajnjim sakrije dijelom.	530
	Ali kako je prostor što oko čvorova leži, Poguban Febi, uži, dogodit će joj se kadšto Te će izbjegći susret sa crnim čunjem med dvjema Opozicijama, kad čunj je preskočio preko	535
	Čvora i vrlo će blizu proletjet onuda kraj čvora I preko crne tame i božici pogubnih mjesta. Neće se bojati tada ni potom zā pēt mjeseci Latonka kada se nađe u prolazu bratu nasuprot.	540
	Stoga vidjeti nećeš u onoj godini prljav Mjesec ni kada se dv'je opozicije dogode. Ali Tamom će često i ona uprljat si čelo i Feb će Kriti se često, no neće ti dat da gledaš im muke,	545
	Božićine i božje. To, naravno, ako se giblje	

- Telluris magnae gremium, infra Tartara et imos
 Elysii campos coeli regione feratur
 Aversa a nobis, quam suspicit India felix
 Oceanusque patens et ditibus aurea venis
 Viscera quae occiduis America ostentat ab oris. 550
- Tum populi aspicient Phoeben Phoebumque nigrantem,
 Opponunt nostris sua qui vestigia plantis.
 Phoebum etiam et nostra Terrai ex parte videbunt
 Deficere hinc variae gentes aut inde; nitebit
 Ille tibi, ut supra monui, exemploque probavi
 Principis, ardenter condit cui purpura Solem,
 Dum famulos feriunt radii; atque intersita nubes
 Quaesiti aspectum rapiet tibi saepe laboris.
- Haec reputa et memori solers sub pectore versa
 Ne coelo, ne forte putas contraria quandam 560
 Accidere his ipsis, modo quae deduximus, atque
 Quas dedimus causas, ne credas falsus inanes.
- Praterea³⁹, has ipsas si mente revolvere causas
 Haud pigeat, disces, cur non in partibus isdem
 Astriferi callis nigrescat Cynthia semper 565
 Nec semper vultus fraternos condat in isdem
 Quoque locus motu radiis infestus in oras
 Quasque abeat, priscas repeatat quo tempore sedes.
- Scilicet alterutri fuerit nisi proxima nodo,
 Nec tenebris squalere potest nec Cynthia fratrem
 Abdere. At occiduas nodi retrahuntur in oras
 Nec nisi dum novies binis novus additur annus,
 Ad veterem redeunt positum sedesque relictas.
 Ergo etiam locus ille, deam qui mergat in umbra
 Quique tegi vultum Phoebi sinat, ibit in oras 575
 Ipse quoque occiduas, lustris et quattuor annus
 Cum deerit, refluae lentum vertiginis orbem
 Perficiet coeloque iterum se reddet eodem.
 Quin et cum medium jam gyrum absolverit atque
 Alterius nodi sedem jam ceperit alter,
- Tum quoque nigrantem conum pervadet in isdem 580
 Diva locis fratremque plaga velabit eadem.

Velikoj Zemlji pod pasom, pod Tartarom, podno u donjem
Svjetu elizijskih polja, na suprotnoj strani nam neba,
Kamo Indija sretna i otvoren gleda Oceans,
Okrenutoj od nás, i Amerika koja se diči
Bogatim žilama zlatnim sa zapadnih krajeva svijeta.

550

Tada će narodi Febu i crnog gledati Feba
Koji stopala svoja nasùprot stavljaju našim.

Feba će vidjeti također da gasne i s našega dijela
Zemlje narodi razni odávle ili odánle;

Sjat će ti, kao što gore spomenuh, i primjerom kralja
Kako pokazah kom grimiz žarkovito zaklanja Sunce,
Dok mu dvòrane zrake pogadaju. Ispriječen oblak
Otet će često ti pogled na njegovu traženu muku.

555

Razmišljaj ò tom i pamti, oštòumno sve to odvagni
Kako slučajno ne bi pomiclao da se na nebu
Dogada suprotno kadšto od onog što rekosmo netom
Te bi vjerovo krivo da lažne ti uzroke dадоh.

560

Ako te k tomu³⁹ ne mrzi porazmisliti o tima
Uzrocima, tad ti ćeš naučiti zašto na istim
Mjestima zvjezdane staze ne crni Kintija uvijek,
Zašto na istim uvijek ne pokrije bratovo lice,
Mjesto kobno po zrake zbog kakva se gibanja makne,
Kamo to ode i kad se na prijašnji položaj vrati.

565

vraćanje Ne bude l' Kintija blizu il jednom il drugomu čvoru,
čvorova Neće se moći, zna se, uprljati tamom ni brata
na zapad Sakriti. Čvorovi pak se u zapadne povlače kraje.

570

I dok se godina nova ne doda na drugih osamnêst,
Neće položaj stari zauzet ni puštena sjela.
Dakle, i ono će mjesto gdje božica roni u sjenu
I gdje se Febovo lice zakloniti daje, i samo
Ići put zapadnih međa, a kada četvrtom lustru
Godina jedna uzmanjka, u vrtnji će natrag dovršit
Kruženje sporo i opet na isto nebo se vratit.
Štoviše, kada već prijeđe polovicu kruga i drugi
Čvor već zauzme mjesto izàtoga drugoga čvora,
I tad će božica proći kroz crni čunj na tim istim
Mjestima te će u istom zagrnuti predjelu brata.

575

580

čvorovi se i Mjesec

- Ast idem⁴⁰ sedes repetet cum nodus easdem,
 Ipse etiam motu divae se cursus eodem
 Diriget in Boream pariter vel flexus in Austrum. 585
 Cumque et vecta fuga tum Cynthia tendere eadem
 Debeat (emenso post tot discrimina eundem
 Bis positum toto divae nam semita coelo
 Acquiret rursum quique eminent arduus alto
 Vertice apex contorti axis Phoebenque moratur,
 Restituet sese atque eadem prope signa reviset)
 Rerum eadem facies consurget priscus et ordo,
 Cum prope tersenis nova jam se adjunxerit aestas.
 Ast ubi post denos nonus vix cooperit annus,
 Ante suis penitus nodorum vincula quam se 595
 Restituant punctis, pene aequa proxima eidem
 Nodo sive jubar plenum induet, atra silebit
 Sive polo latitans, post quam tribus acta per auras
 Et bis centenis et bis Latonia denis
 Jam vicibus fratrem convenerit oppositove
 Tot pariter vicibus jam plena effulserit axe. 600
 Hinc eadem fratri defectibus atque sororis
 Tum prope jam series rursum se reddet, eadem
 Atque iterum coeli parti formaque redibunt.
 At quoniam⁴¹ his demum salebris emersimus, illud
 Accipe, quod facilis praesentes numine Musae
 Expediunt Pindique pater de vertice Phoebus
 Ipse suo pandit plectro fidibusque canoris.
 Scilicet immensi quicunque e partibus orbis
 Suspiciunt Phoebeum cum deficit atque nigrantes 610
 Obducit tristi turpans caligine currus,
 Unum omnes et idem spectant simul: omnibus una
 Pars tegitur nitidi vultus et tempore eodem
 Incipit obscuro frons prima nigrescere velo
 Omnibus aut penitus perfundi desinit atque
 Incipit educi simul omnibus; et fugit umbram 615
 Progressa ac pleno rursum nitet ore per auras.
 Atque hinc, proh, quanti Terrae mensoribus atque
 Immensa incerto tranantibus aequora cursu

<i>periodično vraćaju na isto mjesto</i>	Ali kad isti ⁴⁰ se čvor na ista sjedišta vrati, Tad će i božičin tijek se u kretanju upravit istom Nà istī način na sjever il smjer svoj okrenuti k jugu.	585
	Kako je Kintija pak u istom smjeru i tada Obvezna bježat, jer poslije tolikh opasnosti opet Dvaput će položaj isti putanja božice doseć Cijelim prošavši nebom i vrh će se osi u vrtnji,	590
	Tjemenom višnjim što strši visoko i ustavlja Febu, Onamo vratit i zviježđe nablizu isto pohodit, Isti će pojave izgled zadobit i redoslijed stari Kad se već novo ljetu na drugih osamnест nadoda.	
<i>duljina perioda</i>	Ali čim poslije deset već deveta godina krene, Prije nego se posve na svoje prethodne točke Uzlovi čvorova vrate, il gotovo jednako blizu Nać će se istom čvoru u punom sjaju il crna	595
	Krit će se nà nebu šuteć kad nošena, Latonka, zrakom Susretne brata već prošav kroz dvaput po stotinu mijena, K tomu i dvadeset tri, il zasja na suprotnoj osi Nebeskoj već kao uštap za isto tòliko mijena.	600
	Stog pomračenja će brata i sestre u gotovo istom Tada već nizu uslijedit, ponovit se te će u istom Obliku opet na isti i dio neba se vratit.	
	Nego, kad ⁴¹ napokon tē teškoće prebrodismo, čujde Ono što nazočne muze dobrostivo voljom božanskom Izlažu nama i što sa vrha Pinda sam otac Feb nam trzaljkom svojom i žicama otkriva zvonkim.	605
<i>razlika između pomrćine Sunca i Mjeseca</i>	Oni, razumije se, što motre iz dijelova raznih Svjjeta neizmjernog Febu kad gasne i kada joj crna Kola nagrđujući žalovita prekriva sjena, Jedno te isto svi istòdobno vide. Jer svima	610
	Jedan je dio njena pokriven blistava lica, Svima joj počinje čelo istodobno crnjet od tamna Vela il prestaje posve oblijevat je sjena i svima Počinje izlazit opet istodobno; krenuvši naprijed,	615
	Bježi iz sjene i punim zablista licem u zraku. O kolike će sve od toga mjeračima Zemlje Koristi biti i onim što bezmjerna prelaze mora	

Proveniunt usus, vento procul acta tumenti Cum ratis ignotas errat male tuta per undas!	620
Telluris ⁴² faciem in longum partimur et oras Imus in Eoas totumque absolvimus orbem.	
Tendimus in latum a medio circum undique, quartam Et gyri partem ad Boream aut numeramus ad Austrum.	625
A medio in latum si noveris ire vel ora Quantum opus in longum a certa, ut pertingere possis Ad loca Terrai quaevis, qua pingitur omnis Sive globo tereti Tellus planave papyro,	
Illa etiam dabitur reliquis adjungere, vel si Jam picta extiterint, radio signare licebit.	630
In latum ⁴³ a medio quantum locus absit, opacam Ardua per noctem qui sydera cardinem ad altum Suspiciat, circa quem se convertit Olympus Astrifer, inveniet, spatium metitus ab imis	
Quo sydus terris coelique a limite distet. Namque idem aetherei cardo quot partibus orbis Tollitur a media Terra regione, tot ille Ipse locus distat terrestris partibus orbis.	635
Quin et idem in medio radiantia sydera coelo Quaelibet, ipse die medio et Titanius ignis Praestat idem, immoto si quantum a cardine, quantum, Noveris, et coeli supremo a vertice distet.	
Nam nosces, quantum cardo discedat ab alto Vertice seu terris quantum consurgat ab imis.	640
At quantum ⁴⁴ in longum certa a regione recedat Quisque locus, subiens umbram fugiensve docebit Cynthia, si qua se mergat pars quaelibet hora, Qua nitidi vultus pars cono emergat, utroque Observata loco et descripta agnoveris. Horas	
Namque die a medio numerare solemus, et horis Omne quater senis Titan revolubile coelum Immani lustrat gyro. Proin Memnonis oris Qui propior, plures horas memorabit eodem Tempore. Nam citius Phoebeos excipit ignes	645
E medio visi cursus citiusque diei	655

	Ploveć nasūmce, kad brod im po neznamim valima luta Nesiguran, kad vjetar daleko ga olujni tjera!	620
<i>zemljopisna dužina i širina</i>	Površje Zemlje ⁴² mi po duljini dijelimo iduć Prema istočnim međam' i krug opisujuć cijeli. Krećemo pak u širinu od srijede okolo odsvud Brojeć četvrtinu kruga put sjevera ili pak juga. Budeš li znao ić u širinu od srijede il kol'ko Treba ić u duljinu od poznata kraja da možeš Stići kamo te volja na Zemlji, na globusu oblu Ili na ravnu papiru što cijelu oslikava Zemlju, Dat će se drugima i tā nadodati mjesta; il ako Ucrtana su već, tad pisaljkom moć ćeš pokazat. Kol'ko je pak po širini ⁴³ daleko mjesto od srijede, Znat će tko visoke zvijezde uz visoki promatra stožer U sjenovitoj noći, o kojem se zvjezdani Olimp Obrće, onaj tko mjeri koliko je zvijezda daleko Dolje od Zemlje, koliko daleko od granice neba.	625 630
<i>horizont</i>	Kol'ko je naime taj stožer visoko stupnjeva kruga Nebeskoga od Zemlje, od njezina središnjeg dijela, Tol'ko je stupnjeva mjesto daleko zemaljskoga kruga. Štoviše, zvijezde što sjaju sred neba pokazuju isto, Koje mu drago, to isto i organj Titánov u podne Kazuje, znaš li kolika od nemičnog stožera jeste Udaljenost i kol'ka od najvišeg nebeskog vrha. Znat ćeš naime koliko daleko je stožer od vrha Neba il kol'ko se diže visoko od Zemlje u dolu.	635 640 645
<i>zemljopisna dužina</i>	Kol'ko je pak po duljini ⁴⁴ od poznata kraja daleko Koje mjesto, to uči u sjenu roneć il iz njē Kintija bježeć kad znaš u kojem joj uranja satu Dio svijetloga lica u čunj il izranja iz njeg, Nà oba mjerena mjesta i zapisan. Obično naime Sate računamo mi od podneva. Titan pak cijelo Nebo će koje se vrti za dvadeset četiri sata Obać u golemom krugu. I stoga će koji je bliže Međama Memnona, više u isto nabrojati vrijeme Sati. Jer Febove ognje iz srijede viđena puta Njegova prije prima i prije početak računa	650 655

Principium a medio ponit labentibus horis.
Horarum numeros confer, discrimen in illis
Deprensum ad partes motus transferre diurni
Ne pigeat: partes ipsae dant noscere, quantum
Is locus in longum abductus mage distet ad Eurum,
Qui plures horas numerat, dum Cynthia quavis
Parte sui tristem Terrae subit aut fugit umbram.
Idcirco et⁴⁵ maculis divae turpantibus ora
(Nam turpant vultum longe lateque per omnem
Dispersae hac, illac) seu partibus acrius igne
Phoebeo rutilis dederunt sua nomina et ingens
In Lunae vultu sapientum, protulit aetas
Quos haec nostra recens, quos protulit illa vetusta,
Turba sedet, maria alta fluunt, jacet insula ponto
Plurima et abrupti procurrunt aequore montes.
Haec tuimur, dum nigranti merguntur in umbra
Dumque iterum emergunt ac nomina certa notamus,
Credimus et fidae longum servanda papyro.
Qui vero⁴⁶ tumidis errat jactatus ab undis,
Ille sibi visam, dum Cynthia deficit, horam
Horarum numero confert, quem tempore eodem
Per loca cognorit numerandum certa (labores
Namque deae multo edocti jam novimus ante,
Urbibus et certas certis praedicimus horas)
Quoque natet pelago et pelagi qua parte, latentes
Quos fugere expediat scopulos, quo vertere proram,
Novit, ad optamat et vitor delabitur oram.
Praestat idem⁴⁷ quae turba Jovem comitatur euntem:
Namque Jovis pariter comites dominumque tenebris
Affundunt saepe objecti et Titana recondunt,
Saepe ipsi opposita domini conduntur in umbra.
Dumque umbram subeunt dumque egrediuntur ab umbra,
Tempora si sua quaeque notes, discrimina certa
Horarum certos positus dant nosse locorum. 690
Phoebum etiam⁴⁸ cum diva tegit, si tempora signes,
Queis oculos pars quaeque fugit, deducere fas est
Inde etiam certos positus, sed longa laborum

Dana, od one sredine već kako promiču sati.
Sravni brojeve sati i neka te prenijet ne mrzi
Razliku zapaženu u njima na dijelove dnevnog
Kretanja. Dijelovi ti omogućuju spoznat koliko
Mjesto to po duljini istočnije leži, a koje
Više nabraja sati dok Kintija kojim god svojim
Dijelom u Zemljinu sjenu žalovitu roni il bježi.
Mjeseceve pjege 660

Stoga⁴⁵ i pjegama onim što Luni nagrđuju lice
(Uzduž i poprijeko joj nagrđuju površje cijelo
Rasute ovdje i ondje) il dijelovima ruměnim
Žarče od Febova ognja, imena dadoše svoja –
Veliko mnoštvo mudraca na Luninu površju sjedi
Što ih je ovo naše il staro iznjedrilo doba;
Tu su duboka mora, u moru otoci brojni,
Tu su vrletni brijezi što dižu se uvis iz ravni.
Motrimo ih dok rone u crnu sjenu il opet
Dok izranjaju iz një i pišemo znana imena
Te ih na čuvanje vjernu povjeravamo papiru.
Onaj tko ne zna⁴⁶ gdje je kad bijesni ga bacaju vali,
Sat kad Kintija gasne uočivši, s brojem ga sati
Poredi znajuć da taj u isto vrijeme za dana
Mjesta vrijediti treba (u Lunine muke već mnogo
Mi se uputismo prije i znamo zà njih te tako
Možemo sigurno sate za gradove predvidjet znane);
Zna po kojemu moru i dijelu kojemu plovi,
Kojih se skrovitih hridi vrijèedi kloniti i kamo
Pramac okrenut pa sretno put željene obale klizi.
Isto jamči⁴⁷ i mnoštvo što Jupitra prati u hodu.
Jupiterovi sateliti 675

Njegovi druzi takodjer gospara obasipaju tminom
Jer se počesto nađu pred njime i kriju Titána,
Često i sami se kriju u suprotnoj sjeni gospara.
I dok tonu u sjenu i izlaze oni iz sjene,
Njihova ako vremena pribilježiš, razlike točne
Sati tad položaj točan tih mjesta daju ti znati.
određivanje zemljopisne dužine iz pomrćine Sunca 680

I ako pišeš vremena kad božica pokriva Feba,⁴⁸
Kad nam s očiju dio po dio bježi, i otud
Može se položaj točan izvèsti, al mnogo vještine,

Taeda, multum artis ratio haec exposcit et acre Ingenium ac dextram facilem laevemque papyrum.	695
Haud etenim variis eadem spectamus ab oris Atque loco quondam totus dum conditur uni, Idem alibi totus Titan, ceu diximus ante, Emicat et radiis ardentibus imbuit auras.	
Hic ergo ⁴⁹ terrarum orbem et vasta aequora et urbes Oppidaque et montes sylvasque amnesque papyro	700
Pingunt in laevi, vertiginis atque diurnae Compressos orbes, obliquo et tramite visos. Hisce alias addunt transversos, cardine ab uno Cardinem ad oppositum qui tendant atque fluentes	705
Indigitent horas. Accedit semita, divae Qua medium Titan per Terram incedere ab alto Prospicit ac numeri signantes temporis horas.	
Quaeque loca obliquos cursu delata per orbes Cum medio Phoebes descripti ad tramitis oram	710
Quamlibet appellant simul, his tum Cynthia dorso Praetexit medio medium Titana; recedunt Quae certis illinc spatiis, sub fronte nitenti Certa parte vident Phoebum sordere nigrantem.	
Discimus hie, quo ⁵⁰ quaeque loco servanda locisque Servata* ignotis componimus eruimusque, Qua nostri regione globi stent singula. Quin et Contingent quaecumque olim post saecula longa,	715
Queis Phoebe terris Titanem quaque recondet Parte sui, jam nunc quaque hora cuilibet urbi Novimus et tanto certi praedicimus ante Excutimusque metum monitis causasque latentes	
Pandimus atque animi motus cohibemus inanes.	720
Felices anni, felicia saecula, causas Tantarum queis posse datum cognoscere rerum!	725
Ast ⁵¹ olim haud vulgi tantum inscia corda, sed illos Saepe etiam latuere, quibus mens fervida et acre Ingenium, qui naturae secreta latentis	

* corr. ex sarvata

Posao dug i mučan ovakav zahtijeva pristup,
K tomu i desnicu vještu, pozornost i uglačan papir.
Naime, mi ne gledamo iz raznih krajeva isto:
Dok se na jednom mjestu pokatkad sakriva cio,
Drugdje taj isti Titan, što prije već rekosmo, blista
Cio i zrakama svojim žarkovitim zasipa uzduh.

695

*globus nacrtan
na papiru* Ovdje crtaju, dakle,⁴⁹ na glatku papiru, zemaljsku
Kuglu, prostrana mora pa gradove, gradine, brda,
K tomu šume i rijeke, i krugove kretanja dnevnog
Sploštene, kako se vide u zakošenoj putanji.
Ovima poprijeko druge nadodaju, koji od jednog
Stožera k suprotnom idu i kazuju sate što teku.
Tu je jošte putanja sa koje Titan s visine
Središte božičino kad Zemljom prolazi gleda,
Tu su i brojevi, brojke što vrijeme označuju, sate.

700

*potpuna i
djelomična
pomrčina Sunca* Onim mjestima svim što po kosim kruzima hrle
Stižuć u isto vrijeme sa Febinom srijedom do ruba
Bilo kojega staze rečene, tad Kintija srijedom
Ledja sredinu zastre Titána. A koja su otle
Nešto podalje već, ta vide izvjestan dio
Febova blistavog čela da crni i postaje prljav.
Nà što na kojem se mjestu⁵⁰ – tu učimo – pazi; podaci
Služe za neznana mjesta, jer možemo iz njih dokučit
Gdje se na našoj kugli pojedina nalaze mjesta.
Štoviše, što će se jednom za dugih stoljeća zbiti,
Kojim će zemljama Feba zaklonit Titána i kojim
Dijelom svojim i kada, u kojem satu kom gradu,
Znamo već sada i točno toliko kažemo prije;
Upozorenjima strah odbacujemo i tajne
Uzroke otkrivamo suzbijajući isprazne strepnje.

710

*pretkazivanje
pomrčine Sunca* Sretnih li godina, sretnih i stoljeća kojim je dano
Da se uzroci mogu tolikih pojava spoznat!
No u starini⁵¹ su bili skriveni nè samo srcu
Neukog puka već često i onima vatrena duha,
Umnima, koji su svikli u prirodne prodirat tajne,

715

720

725

*u starini pravi
uzroci pomrčine
nisu bili poznati*

Assueti caecosque aditus pervadere et imis
Eruere e latebris verum. Nec defuit, aut⁵² qui 730
Diceret occludi spirantia protinus ora,
Queis emissa solet lux alma erumpere, seu⁵³ qui
Extinctos quondam *dimittere*, diceret, *ignes*
Tempore Titanem certo recreareque lumen,
Cum loca praeterit flammis infesta per auras, 735
Quae faciunt ignes interstingui atque perire.
Sic⁵⁴ alii Phoeben puro dixere nitentem
Lumine parte cava tantum partique nigrantem
Convexa et subito hunc terris obvertere coeloque
Ardentem vultum, subitis cum mergitur umbris. 740
Atque⁵⁵ aliquis gignique novum veteremque perire
Censuit et Phoebi et Phoebes, cum deficit, orbem.
Quid⁵⁶ vero ignarum vulgus? Quae turpia monstra
Credidit immensum late vulgata per orbem!
Dum nempe e nitido Lunam deducere curru 745
Thessala tentat anus cantu rhobumque potentem
Circumagit, miseram nequidquam tendere contra,
Nequidquam obniti, vacuas nisi pulsa per auras
Aera sonent cantusque negent audire timendos.
Saepe igitur totas fama evulgata per urbes 750
Nocte volat media Lunae nigrescere frontem.
Excurrunt matres tectis juvenesque senesque;
Fit clamor, pelves et tintinnabula tota
Urbe strepunt, montes late campique resultant.
Illi instant *surdasque deae nituntur ad aures* 755
Thessalicum ne carmen eat neu cogat Olympo
Delabi invitam sacris et adesse nefandis.
At Phoebum, subitis cum terras obruit umbris
Aspectumque negat populis, scelerata perosum
Consilia, infandas caedes et mille per orbem 760
Horrendas labes, infestam avertere frontem
Et clades, olim et ventura ostendere damna;
Sic quondam *extincto miseratum Caesare Romam*,
Cum caput obscura nitidum ferrugine texit
Impiaque aeternam timuerunt saecula noctem. 765

	Mračne prilaze njozji otkrivat, iz skrovišta njenih Najdubljih istinu potom iskapat. I zporaše netko ⁵² Da se ispušni znaju začepit otvoru naglo, Ali inače svjetlo živòtvorno izbjija iz njih.	730
Lukrecije, V, 758-761	Drugi ⁵³ pak kaza da Titan pokatkad, u izvjesno vrijeme, <i>Ognje gasi i gubi, a onda ponovo svijetli,</i> <i>Kada prolazi zrakom kroz mjesto pogibeljna plamu,</i> <i>Ona što uzrokuju da ognji mu gasnu i ginu.</i>	735
	Treći ⁵⁴ pak vele da Feba bliješti svjetlošću čistom Samo ugnutim dijelom, a crn joj je ispupčen dio, I da okreće taj odjednom k Zemlji, a k nebu Okreće goruće lice kad tone odjednom u sjenu.	740
	K tomu ⁵⁵ je mislio netko da kugla Feba i Febe Propada stara, a rađa se nova za pomračenja.	
razna praznovjerja	Što ⁵⁶ je pak s neznanim pukom? U kakve se nemani ružne Vjerovalo po svijetu neizmjernom šireći ih širom! Jer dok s blistavih kola pokušava skinuti Lunu	745
	Čaranjem tesalska baba i čigru vračarsku vrti, Protiv toga se, misle, zaludu jadnica boru, Zalud se opire, ako u mjed ne tuku da ječi Uzduhom praznim pa strašne čarolije ne daju čuti.	
	Dakle, često se glas po gradovima cijelim pronese, Leteći usred noći, da čelo Lunino crni. Majke trče iz kuća, i mlado trči i staro;	750
	Nastaje vika, a zdjele i zvonca po cijelome gradu Stvaraju buku pa brda i polja odjekuju širom. Trude se, <i>ustraju u tom da tesalska ne dođe pjesma</i>	
	<i>Luni do ušiju gluhih i prinudi je da siđe</i> S Olimpa i protiv volje u obredu našav se grešnu,	755
pomrćina Sunca najavljuje kadšto nesreću	Feb, međutim, odjednom kad Zemlju sjenama zastre Pucima pogled ná se uskraćujuć, zlotvorne regbi Naume mrzi, i kleta umorstva, i tisuću strašnih Ljaga po svijetu pa stoga ozlojeđen okreće čelo Zla najavljujući i štete što jednom će doći.	760
Manilije, Astronom. 2, 545 i d.	Tako je nekoć, <i>Rim zbog Cezarova umorstva</i> <i>Žaleć, blistavu glavu potamnjelom pokrio hrđom</i> <i>Te se bezbožni puci pobojaše vječite noći.</i>	765

Non⁵⁷ tamen haec semper vanae deliria mentis:
Adfuit illa dies, qua summo ex aethere Titan
Dum videt infami pendens de stipite numen,
Horrendum scelus et caedem aversatus iniquam
Involvit caeca attonitos caligine vultus. 770

Tempore quanquam illo Tellus quoque et ardua quaeque
Culmina terrificis meritum testata dolorem
Motibus, ipsa etiam vasti tumida aequora ponti
Atque omnis caesum ingemuit natura Tonantem.

O caecas hominum mentes! O pectora dura 775
Heu nimium durasque super durissima cautes!
Natura ingemuit, disrupta cacumina summis
Montibus, ipsa altis emissa cadavera bustis.
Ast unum mortale genus nil vulnera curat
Flagitiis inflicta suis numenque peremptum.

Quin etiam scelera ingeminat. Nec Terra dehiscit 780
Abrupta violenter humo! Nec fulmina ab alto
Ingeminata ruunt summosque evertere montes
Et properant meritis Tellurem involvere flammis!

Quo tamen abripior? Non hoc mihi divus Apollo,
Uranie nec movit opus. Pars multa laboris
Restat adhuc; fas interea consistere fessum
Et vocem reparare novasque resumere vires.

Uvijek ne bjehu⁵⁷ to brbljarije isprazna uma:
Onaj je došao dan kad je Titan, s etera višnjeg
Gledajući božanstvo gdje visi na sramotnom stupu,
Zgrožen zločinom strašnim i nepravednim umorstvom,
Lice zaprepašteno u mrklu zavio tmušu.

770

Ù tõ su vrijeme ipak i Zemlja i strmi vrhunci
Svi posvjedočili svoju, i s pravom, stravičnom trešnjom
Bol, i sama je morska nabùjala pučina silna,
Priroda jecala sva zbog ubojstva gromovnog boga.
Slijepih li umova ljudskih! O tvrdih i pretvrdih, jao,
Srdaca njinih, još tvrdih od samih litica tvrdih!
Priroda jeca, a vrsi ponàjviših pucaju gora;
Čak i mrtva tjelesa iz grobnih izlaze jama.
Samo smrtnički rod ne diraju nimalo rane
Zadane činima sramnim, ni to što je smaknuo boga.
Svoja zlodjela čak udvostručuje. Zemlja, međutim,
Ne puca niti se tlo silovito rastvara niti
Munje učestalo pljuše s visine nit vrhove gora
Ruše nit žure se Zemlju u plamene zaviti s pravom!

775

Kamo se ipak udaljih? Božanski Apòlõn me nà to
Djelo, ni Ùranija, ne potiče. Velik mi dio
Posla ostaje još. Međutim, umornu red je
Zastat, okrijepiti glas i iznova prikupit snage.

780

785